

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) I

1748. Rozgraniczenie lasów wsi Jastrzembków i Sroki 1611.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE



1748 ad 11^m Consig. 1^m N.
Actum in Castro Inferiori Leopoliensi, Feria Sexta ante Festum
Sancti Martini Pontificis proxima, Anno
Domini Millesimo Septingentesimo
Decimo = quarto.

Rozgraniczenie

Jastrzebkow i Srok
1611.

Ad Officium et Acta presentia Castrensia Capitanealia Leopoliensia
veniens personaliter Nobilis Valentinus Podgurski, obtulit Eidem Officio
et ad acticandum porrexit Copiam Extractus Actus Granicialis inter
+ Bona Jastrzebkow et Sroki, atque Capitaneatum Szczerzecensem, et Bona
Komarno per olim Generosum Marcianum Morawiec Camerarium Grani-
cialem Leopoliensem subscriptt atque ad Acta Terrestria Leopoliensia per
Oblatam porrectt, ex hisdemque authenticè depromptt de Tenore Sequenti =
Actum in loco Campestri circa viam de Villa Humieniec ad Oppidum Ko-
marno tendentem, Feria Secunda post Dominicam Misericordie proxima
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Undecimo. — Coram Generoso Mar-
ciano Morawiec Camerario Jurato Granicali Terre Leopoliensis, presentibus
+ Illustribus et Magnificis Joanne Lamoycki DEI Gratia Archi-Episcopo Leo-
+ poliensis, Joanne Comite ab Ostrog Palatino Comaniensi, Nicolao Comite
ab Ostrog filio Eiusdem Magnifici Palatini Comaniensis ex Magnifica
olim Catharina de Mielec procreato, Reverendo Nicolao Smarzewski Ple-
bano Humacensi, Nicolao Koniccki, Joanne Gumowski Tribuno Grodecensi
Joanne Koniccki, Lagiewiczki, Stanislaw Srokowski, Joanne Jastrzebski,
tum et aliis heredibus Villa Sroki et Jastrzebkow, ac Ministeriali Regni Ge-
nerali Provido Swan Kozietek de Villa Chłopy; In quo loco Dominus Ca-
merarius Terre Leopoliensis Jurisdictionem suam Camerariam fundavit, et
+ per Ministerialem suprascriptum publicare et proclamare fecit, Partesq ad sui
+ instantiam acclamare mandavit. Quae quidem videlicet Partes Illustris et
Magnificus Nicolaus Comes ab Ostrog Palatinides Comaniensis cum autho-
ritate et personali assistentia Illustris et Magnifici Joannis Comitis ab Ostrog
Palatini Comaniensis Parentis sui Bonorum videlicet Runno, Klecko, Ja-
kimczyce, et Czotowice Haeres ab una, et Generosus Martinus Koniccki Bonor
Villa Nikunkowice, et Sortium in Villa Sroki et Jastrzebkow Haeres, nec-
+ non Nobilis Joannes Jastrzebski certarum Sortium in eadem Villa Ja-
strzebkow haeres, tum etiam alij haeres Sortium Bonorum Villa Sroki
parte ab altera coram Domino Camerario praefato personaliter comparentes.

Terminum

1748

Terminum ex Citatione proveniente agnoverunt, affectaverunt Quatenus præ-
fatus Dominus Camerarius Granicies inter hereditates præfatas per amicos utra-
rumque Partium concordatas, et per se approbatus sipet, et de Terra erigat.
Quorum affectationi Dominus Camerarius annuendo, Granicies inter heredita-
tes præfatas Partibus personaliter comparentibus et consentientibus erigere de Ter-
+ ra et sipare fecit. Quorum Tenor talis est: Inprimis circa viam de Villa Kumienniec
ad Oppidum Komarno tendentem circa Pratum Scopuli aciales Tres: à dextra
parte versus Septentrionem à Bonis Ville Sroki unum, alterum à Bonis Ville
Kastrzembkow, Tertium à parte sinistra versus meridiem à Bonis Ville Rumno-
sipavit et de terra erexit. A quibus Scopulis acialibus tendunt sese Granicies
inter Bona Villa Kastrzembkow et Villa Rumno eadem viâ versus Occidentem
+ tendente: Circa quam viam sunt quatuor Scopuli parietales sipati, usque ad
alios Scopulos aciales Tres: ex quibus unus à Bonis Villa Kastrzembkow,
alter à Bonis Villa Klecko à dextra parte vice unus ab alio non procul extant
versus Septentrionem, tertius verò à parte sinistra à Bonis Villa Rumno versus
+ meridiem: Ubi granicies inter Bona Villa Kastrzembkow ac Villa Rumno sunt
finiti. Ibi que exnunc inter eadem Bona Villa Kastrzembkow et Villa Klecko
+ granicies incipiuntur: Sumendo parietem à præfatis Scopulis acialibus Parietales
+ Scopulos Decem per Campum protensivè sipavit, rectè ad medium Villa Ka-
strzembkow eundo versus Septentrionem usque ad lutum, quod à Villa Ku-
mieniec circa Villam Sroki et Kastrzembkow ad Villam Klecko et Jakimezyce
tendens. In quo loco Paries Bonorum Villa Klecko cum Bonis Villa Kastrzembkow
+ stetit. Bonorum verò Villa Jakimezyce Paries cum Bonis ejusdem Villa Ka-
strzembkow incipitur. Ibi in luto Scopulos aciales non sipavit propterea, quod
Villa Jakimezyce, Klecko, quæ sunt unius heredis cum Bonis Villa Kastrzembkow
Granicies habent. Et quoniam rectitudo Granicierum à Scopulo aciali Villa Rumno-
ad Scopulos aciales Villa Czutowice et Sroki tendere debebant per mediam Villam
+ Kastrzembkow. Verùm Illustris et Magnificus Nicolaus Comes ab Ostrog dictorum
Bonorum heres, ad intercessionem et Instantiam Illustrissimi et Reverendissimi in
Christo Patris Domini Joannis Lamoycki D.E. Gratia Archi-Episcopi Leopoliensis
persuasionemq; Illustris et Magnifici Joannis Comitis ab Ostrog Palatini Roma-
niensis Parentis sui hanc rectitudinem cepit heredibus Villa Kastrzembkow. Eo
autem luto demisso sese deorsum ad Summitatem Stagni inter Villas Klecko et
+ Jakimezyce jacentis noviter extracti non proveniendo, tum ad ipsam summitatem,
et ad dexteram declinando, in ripa ejusdem luti, Omisso nemore quercineo ad
+ Villam Kastrzembkow relicto, Scopulum unum sipavit; Ab eo verò Scopulo
versus Septentrionem eundo, sipavit Scopulos Tredecim; ibidemq; venit ad lutum
ibi finitur Fundus Jakimezycensis cum Fundo Villa Kastrzembkow. Fundus verò
Villa Czutowice cum fundo Villa Kastrzembkow incipitur: Ibi Scopulos aciales
non sipavit eo, quod Villa Jakimezyce et Czutowice sunt unius heredis. Præ-
tereundo hoc lutum Scopulos quatuor sipavit usque ad viam de Oppido Szczerze
per Villam Nikunkowice ad Villam Czutowice tendentem, in margine me-
+ vice ad Villam Czutowice pertinentis. Ab ea via et Scopulo ultimo transeun-
do eandem viam, declinando se in dextrum versus Orientem, sipando Scopulos
fecimus

fecimus per marginem iurice ductum, alias Tryb przegrad usque ad vicum
 que tendit ex Villa Sroki et Nastrozembkow ad larva Lubienie, per quem transi-
 tum poterit Illustris et Magnificus Nicolaus Comes ab Ostrog in vim Granicier
 fossam facere; In fine cuius ductus circa vicum prefatum granicies finite sunt,
 Sipavimus Tres Scopulos aciales: circa eandem vicum Duos Scopulos aciales, u-
 num a Bonis Nastrozembkow, alterum a Bonis Villa Crotowice ex hac parte
 vice, ab Occidente: Tertium vero a Bonis Villa Sroki versus Orientem ex al-
 tera parte vice; Ibi que eas Granicies finivit a Ministeriali suprascripto Domi-
 nus Camerarius Terrestri Leopoliensis perpetuis temporibus duraturas publi-
 care et proclamare mandavit. Nemine Partian contradictione, imo Partibus
 ipsis consentientibus, et personaliter sibi invicem easdem attestantibus. Marcia-
 nus Morawiec Camerarius Granicialis Terrestri Leopoliensis manu propria sub-
 scripsit. Ego Marcianus Morawiec Camerarius Granicialis Terrestri Leopoliensis
 Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo = Tertio. Feria Quinta post Festum
 Epiphaniarum Domini proxima in Terminis Terrestribus in presentia Iudicij Ter-
 restri Leopoliensis, Generoso Joanne Sworzowski Succamerario Terrestri Leopoliensi
 post prefatum Juramentum Libros Actonum Succamerarialium, que post mortem
 Succamerarij olim Generosi Stanislai Kamieniicki non ita pridem functi vita apud
 se asservantur, in manus tradidit Libros Septem juxta recognitionem olim Ge-
 nerosi Joannis Lepolski Camerarij, Qui Sex Libros Generoso olim Stanislae Ka-
 mieniicki Succamerario in Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Se tra-
 didisse recognovit, Septimum Librum Officii Generosi olim Stanislai Kamieniicki
 manibus suis subscriptum tradidit. Acta vero Officii Generosi olim Stanislai
 Starzechowski Succamerarij Leopoliensis, que per Ipsum, Nos Ipsos ~~Officiales~~
 expediebant, prout sibi non sunt data, ita nesatur, quo facta sunt, allegabantur
 in Officio Castrensi Leopoliensi post mortem Generosi olim Francisci Biatkowski qui
 Idem Officium Camerariale ne Notariatus represen, remansisse. Joannes Sworzo-
 wski Succamerarius Leopoliensis recognosco, me Libros juxta recognitionem su-
 prescripti Camerarij suscepisse, coram Iudicio presenti, Eundemq; Camerarium circa
 Officium Ejus resolve super per Juramentum presentari Terrestribus juxta Bri-
 vilegium per me concepti coram Iudicio data et recepta. G. Oiga de Opa
 Iudex Terrestri Leopoliensis, manu propria. Josephus Naraiowski de Naraiow
 Sub Iudex Terrestri Leopoliensis manu propria. Andreas Lachodowski Notarius
 Terrestri Leopoliensis manu propria. Post Cujus ingrossationem Copia Extractus
 Granicierum Idem Offerens ad se recepit, et de recepto Officium suum quietavit.

Intabuletur. Ex
 Sessione Leopoli
 die 30. Aprilis
 1784. AlWetzy
 Actuarius

Ex Actis Cren. Capitll
 Leopoliens. Extraditt.


Orvici Grabonski

Seal p 4 Balichij

2 N. 2630. pr. d. Augusti 1784.

ad 602 f.

Præsens Instrumentum Graniciale apud Regni Tabulas in Lib. Funda CD Tom. 40. Pag. 298. incorporatum, atq. in Lib. Ann. Prænot. Tom. 15. P. 248. Num. 7. prænotatum est. Actum Leopoli d. 3. Maji 1704. a Josephus Junozza Salski Prænotans



Salski

Lib. Funda CD Tom. 40. Pag. 298.

Copia Extractus Actus Granicialis inter Bona Iastrzembkow et Ivoki, atque Capitaneatum Szczerzecey et Bona Komarno per olim Guon Marcianum Morawiec Camerarium Graniciat. Leopoli subscript. ad Actus Terræstris Leopoli per Oblatum porrat.

Oblata
76. ante Fm S. Martini
Contestis proxima. - 1714. #

No 800

As 800

*Nº 4323
f. 50.*

In Castro Inferiori Leopoli.

A.



Sortit. Petrus Wlga Advocatus Juratus et Plempotens

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.